

Dialecti Herodoteae misere olim deformatae et naturali suo nitore destitutae permultos novissima tempora tulerunt aestimatores, qui pro sua quisque condicione et exemplo aut iusta de Herodoti sermone composuerunt opera aut singulas quasdam partes per diligenter illustrarunt. Et Sturzius quidem, ut taceamus veteres*), ea, quae de dialecto Herodoti Maittaire, Reitz. (de gr. ling. diall.) gnaviter collegerant, amplianda ac digerenda curavit. Qui quamvis hanc disciplinam aliquantum exornaret atque promoveret, tamen neque inveteratas opiniones prospero utique successu depulit et vera falsis parum religiose miscuit, ut, quam rationem et viam scribendi iure sequaris, frustra quaeras. Plus lucis et ornamenti his studiis attulerunt Schweighaeuserus et Gaisfordius, quamquam neuter aequa lance has litteras pensitavit. Anglus enim ille codice manuscripto Sancroftiano omnium longe praestantissimo, ita tamen comparato, ut variis turbis fuerit commaculatus, denuo collato dialecti Herodoteae restituta vin dicis nomen quodam sibi modo sumpsit. Sed ad anceps emendandi periculum quum haud semel prosiluerit, unius duntaxat libri auctoritatem cupide et ambitiose amplexus ceteris inique neglectis, hand pauca turbavit. Sic non sine studio praecoccupavit fidem codicis *S.*, ut virum doctissimum vehementer mireris permultis in locis hunc librum, quem sequi debebat, prorsus despiciatui duxisse, veluti in scriptura vocabuli εῖχοσι, quod *S.* I, 121. 122. 130. 134. II, 175. 176. all. recte tuerit. Neque in litteris aspiratis recipiendis delendisve probabilem rationem tenuit. Nimirum cod. *S.* aspiratas exhibet hisce locis: I, 79. ἀφ' ἵππων. I, 80. ἀφελῶν (sic etiam *F. a. c.*). I, 121. καθίσαι. II, 35. καθήμενοι. II, 37. ἀντικαθίστανται. II, 104. ἀφίκεται. II, 116. μεθῆκεν. IV, 66. ἀποκαθέαται. V, 35. ἀφαιρεθήσεοθαι (cum *V.*). VII, 8. ἐφέπονται. VII, 150. καθῆσθαι. VII, 226. ἀφίσσοι (cum *V.*). IX, 90. καθίσαται, et si quid e Gaisfordii silentio colligere licet, I, 39. μέθεσ. I, 45. καθῆστο. I, 77. ἀφείσ. I, 206. ἀφεσ. II, 73. καθότι. II, 114.

*) Cf. Bredov. quæstt. critt. de dial. Herodot. libr. IV. Lips. 1846. p. 3 sqq. Lhardy, quæst. de dial. Herod. cap. primum. Berol. 1844. p. 3.

ἀφελώμεθα. V, 106. ἀφες. VI, 23. περιεκαθέατο. VIII, 49. ἀφεῖτο (ἀφεῖται a. b. Ald.). — Contra idem cod. aliis libris MSS. discrepantibus tenues praebet I, 121. ἀπαμμένους (cum V. R. Paris. ἀφ. M. K. F.). III, 65. ἀπαιρεθῆναι (cum V. ἀφ. P. K. F. ὑπαιρ. vulg.). VI, 30. ἀπῆκε (cum V. ἀφ. vulg.). IX, 106. ἀπεῖναι (cum V. ἀφ. F. Ald.). Iam vero Gaisfordius multis locis aspiratas expellere religioni duxit, I, 39. μέθες (sic Matth. Baehr., μέτες Schaeaf. Dindorf. Bekk.). I, 45. καθῆστο (κατ. Schaeaf. Schwghs. Dind. Bekk.). I, 206. ἀφες (cum Matth. Bhr. ἀπες Schaeaf. Dind. Bkk.). II, 114. ἀφελώμεθα (cum Matth. Bhr. ἀπ. Schaeaf. Dind. Bkk.). V, 106. ἀφες (c. Matth. Bhr. P. K. F. al. ἀπες Schaeaf. Dind. Bkk.). VII, 193. ἀφήσειν (sic vulg. Solus Dind. recte ἀπ.). VIII, 49. ἀφεῖτο (vulg. ἀπ. Dind. Bkk. ed. II. coll. Lhardy, quaest. de dial. Herod. cap. pr. p. 18. n. 15.). — At vero se ipse oppugnavit et vineta sua, ut aiunt, cecidit revocatis litteris tenuibus I, 77. ἀπεις (sic a.). I, 80. ἀπελάν (ἀφ. F. S. a. c.). III, 65. ἀπαιρεθῆναι (P. K. F. ἀφ.). V, 35. ἀπαιρεθῆσεσθαι (ἀφ. V. S.). VI, 23. περικατέατο (vulg. περικα θ.). VI, 30. ἀπῆκε (cum S. V.). VII, 8. ἐπέπονοι (ἐφ. S.). VII, 150. κατῆσθαι (κα θ. S.). VII, 212. κατήμενον (κα θ. K. Steph. marg.). VII, 226. ἀπίεωσι (sic vulg. ἀφίωσι S. V. ἀπίωσι Dind.). VIII, 22. ἀπίστασθαι (ἀφ. edd. vett.). VIII, 70. ἀπέντες (ἀφ. F.). VIII, 110. ἀπικνεομένοισι (ἀφ. F.). VIII, 140. ἀπιεις (ἀφ εις F. a. d.). IX, 18. ἀπήσοντες (ἀφ. F.) ibid. ἀπῆκε (ἀφ. F.). IX, 90. κατίστο (κα θ. S.). IX, 106. ἀπεῖναι (ἀφ. F. Ald.). IX, 111. μετένται (με θ. al. codd.). Recte hic quidem Gaisfordius, modo ne lectiones, quas invicem se rescidentes nemo facile ferat, ex arbitrio arripuisse. Hanc vero qualisunque inconstantiam quominus longius premamus, obstat quum animus tum circumscriptus dissertationis ambitus. Ceterum ad Gaisfordii commentarios infra, uti par est, saepius recurrendum nobis est. — Qui deinceps sequuntur harum rerum critici, omnium fere primus Struvius subacti iudicij vir conscripsit quaestiones de dial. Herod. a. 1828—1830, ab omnibus, qui hoc litterarum genus callent, plausu exceptas. Baehrius quidem, qui res ab Herodoto enarratas laudabiliter perlustravit, licet mole sua laborent commentarii, perpaucis tantum locis medelam feliciter paravit et ut Gaisfordio saepius institut accusator gravissimus, ita male cavit, ne circa multa peccaret. Data occasione Mattheiae et Apetzius emendandi pericula fecerunt, ad inchoandum satis, ad edocendum parum. Nam non nisi modicis tironum usibus hi providere voluerunt duumviri. Verum enim vero ex istis virorum doctorum studiis, quum sapienti rectore carerent ac plerumque citra codicum exempla ad avia aleae plena deflecterent, solidæ et robusta emendandi ratio neutiquam fluere potuit. Etenim si quid aliud, codicum vestigiis accuratius insistendum erat, ut ex principiis ad summa perveniri posset, ne thesauri iamiam parati et veluti in procinctu squalerent situ ac rubigine. Cuius rei bene gnarus Lhardy ad codicum auctoritatem se finxit, ita tamen ut a caeca corrindi temeritate animum bene temperaret. In lucem enim hic quaestionum de dialecto Herodoti capita duo emisit, quorum in priori a. 1844. (Programme du collége royal franç. Berlin.) augmentum temporale pertractatur, in altero (a. 1846. ibid.) de

formis contractis verborum in $\alpha\omega$ exeuntium, annexa quaestiuncula de augm. syllabico, disputatur. Ac profecto Lhardyo debetur laus formarum Herodotearum, quas percensendas sibi sumpsit, ad rationem ionicae dialecti optime redactarum. Reperiuntur sanequam in his, quae nobis improbentur, maximam tamen partem nactus est nos patrocinantes. Atque disserendi videmus eum gravitate commovisse Bekkerum, qui in altera Herodoti editione, quam a. 1845. in lucem edidit, ad Lhardyi praecepta tacita comprobatione textum, qui dicitur, refrigeret. Quo anno Lhardyi commentatio prior vulgabatur, eodem G. Dindorfius Herodotum novis curis politum edidit (Paris.) editionique commentationem de dialecto Herodotea praemisit. Quos inter fines opus seu suum continere voluerit, ipse professus est hisce verbis p. III: „Mihi enim nihil aliud nunc propositum fuit quam ut tirones qui ad Herodoti lectionem accederent probabili huius dialecti scientia imbuferem moneremque ut ab superstitione sibi caverent reverentia codicum, quorum auctoritate sola qui regi iudicium suum patiuntur perinde faciunt ac si quis tesserarum iactu decernendum esse contendat quibus quoque in loco vocabulorum formis usus esse putandus sit Herodotus.” Inficias non ibimus Dindorfium huic litterarum generi stabiliora fundamenta subieccisse ac novam studiis dialecti Herodoteae praemunivisse viam. At vero in ista codicum offensione quum iusto sit longius progressus, parum sibi constitit, et dum incredibilem librariorum temeritatem, qua illos in codices ait saevisse, graviter taxat, ad interpolandum vel ipse interdum confagit. Quae in Dindorfium ne malignius pronuntiasse neve eius operam ingratu animo interpretari videamur, postea exemplis in medium prolati nobis erit comprobandum. Kruegerum quod attinet, sermonis ille Herodotei corruptelas passim indagavit (*Griech. Sprachl. Th. II. Hft. I. 1844.**), verum neque ad ipsa mendorum cubilia descendit et Bekkeri auctoritate animum onerari suum passus est. Iam vero silva illa discrepantis scripturae a Gaisfordio aliis coacervatae, quam rimari Dindorfium piguisse videtur, tanquam in derelicto solo adhuc iacuit; quam falce critica amputari iamiam paene religiosum fuit. Perdifficile sane et arduum opus, cui sustinendo et laudabiliter profligando nemo profecto par habeatur, nisi qui subsidiis paratis uti sciens observationes in corpus disciplinae perpetuum et concentum dirigere calleat. Ahrensi quidem viro summi iudicii et elegantiae, qui his in litteris totus est ac paene habitat, fatale est, ut curis molestiarum plenis, quas mala valetudo augere videtur, ita distineatur, ut spem et exspectationem sospitatoris ionicae dialecti adhuc implere non potuerit. Nuperrime autem dialecto Herodoti lactior affulsit lux. Nimirum F. I. C. Bredovius Berolinensis**) fortuitas illas copias ad criticam artem redegit et fundamentum textus

*) Editio II. a. 1846. multis locis bene emendata est. cf. §. 7. 2. a. 2. §. 10. 5. a. 5. §. 15. 2. a. 4. §. 15. 7. a. 2. §. 17. 4. a. 7. §. 18. 1. a. 1. §. 25. a. 6. §. 28. 4. a. 4. 5. 6. §. 31. 4. a. 12. §. 38. 2. a. 9. all.

**) Quaestt. critt. de dialecto Herodotea libri quattuor. Scripsit Ferd. Iul. Caes. Bredovius, Lips. 1846.

calculis singulatim subductis struxit. Itaque iustum comparavit supellectilem adiuncta semper accurata MSS., ut habeas, quod in criticis id genus quaestionibus fidenter sequaris. Ac plurima vitia nunc dissimulata nunc negligenter perlata ab eo refringuntur multique loci affliti bene sanantur. Quamquam his virtutibus offecit aliquantum prolixior quaedam verborum copia, qua singula quaeque latius diducuntur. Haec potius premenda quam dilatanda erant, ut verbis definitis partes facilis dispici possent. Opportunitas, si quid augor, disputandi virum doctissimum videtur provocasse, ut doctrinam non vulgarem effunderet.

His adumbratis consentaneum est ut consilium persequamur de augmento Herodoteo disputandi. Quod ne post illorum virorum lucubrationes supervacaneum videatur, libere profitebimus nos modestiam recognitionis tuituros esse, ut quid in suo quisque genere praestiterit quidque e nostris studiis accesserit, appareat.

CAPUT I.

DE AUGMENTO SYLLABICO.

Huius rationem breviter exposuit Dindorfius p. XXI. ed. Paris., copiosius pertractavere Lhardy de form. contr. verb. in *αω* exeunt. p. 28—32. Bredov. quaestt. critt. de dial. Herod. p. 285—289. Optimo hi iure proscripterunt *νόει* I, 155., reservatum a Gsf. Matth. Bhr. ex M. Steph. (*νόε Ald.*); *ἐνόει*, quod recte exaratum in codd. *P. F. a.* (*ἐνενόει K.*), posuerunt Schaeff. Bkk. (1. 2.)*) Dind. Damnatur ab iisdem *ξαναχώρει*, pro quo legitimum *ξενεχώρει*. restituendum I, 208. (*ἀνεχώρει a. c.*) *ξεναχώρει* intactum male reliquerunt Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.), sanavit solus Dindorfius. Multis in locis hoc spectantibus, quos Dindorfius non adscripsit, enotatur scripturae discrepantia. Attamen libri potissimi prudenter emendandi viam praemunire. Sic I, 11. *γεγόνει* male positum a Schaefero codd. *B. a. c.* freto, *ἐγερόνει* bene revocatum a Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.) Dind. Mireris igitur Bhr. Bkk. (1. 2.) spurium illud *γεγόνει* I, 207. scripsisse coll. Bredov. p. 320. Lhardy p. 28. et p. 30. Dindorfius I, 207. addicentibus *b. d. S.* *γέγονε(v)* assumpsit, non improbandum, quum contextus ratio huic scripturae favere videatur. — I, 12. *μετίετο* Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.) Dind. recte (*ἐμετίετο M. F.?*), cf. Bredov. p. 317. Baehr. not. crit. l. c. — I, 89. *δῶκαν* pessime dedit Gsf. nimio cod. *S.* studio, quocum Ald. concinit, *ἔδωκαν* cum *F. a. c.* reliqui edd. — I, 82. *ὑπολίποντο* *S.* *ὑπελείποντο* *F. c. d. e.* *ὑπελίποντο* all. Omnes quod sciam editores *ὑπελείποντο* exarandum curarunt. — I, 211. *δαιννυτο* Gsf. male ductus testibus *S. b. d. ἐδ. F. a. c.* (*ἐδαιννυτο K.*) *ἐδαιννυτο* post Gsf. omnes deinceps edd. — II, 52. *ποιεῦντο* pessime *F.*, vulg. *ἐπ.* — II, 112. *διαιτήθη*, sic bene *R. F. a.* edd. vett. *ἐδ.* perperam *S.* A more Atticorum his in

*) Editiones Bekkeri signavimus (1. 2.).

formis augmentum ponendi abhoruisse Herodotum iamiam commonstravit Lhardy, de augm. p. 12. coll. Bredov. p. 319. Bhr. not. ad h. l. Krueger. *Gr. Spr.* I, 1. p. 100. adn. 13. II, 1. p. 74. N. 4.n.1. Itaque non audit sunt edit., qui hic et alias augmentum praefixerunt. — II, 131. φαίνοντο, quod *V.* exhibet, Gsf. non debebat pro ἐφ. vulg. (φαίνονται *S.*) recipere. — III, 13. πεποίησαν depravate *S.*, vulg. ἐποίησαν. — III, 48. συνεπιλάβοντο parum caute Schaeferus auctore *S.*, συνεπελ. vulg. — III, 51. ἐκδέκοντο, quod in cod. *F.* irrepsit, ab edd. iure nihil curatum est. — III, 83. προεπέστο (*M. P. K. F.*) o. edd. recte (προσεπέστο *S.*, προσπέστο vitiōse Ald. c.). — IV, 140. διέζηντο (*S.*), iure neglectum ab edd., qui ἐδιέζηντο posuere. — IV, 167. ὑπεδεκέστο *S. V.* Paris. et Schwgh. Gsf. Bhr. Bkk. (1. 2.). Quos id male scripsisse persuasum habeo. Etenim *M. P. K. F.* ὑπεδεκόντο exhibit, quod recipere non dubitavit Dindorius. Aldo duce Matth. ὑπεδεκέστο exaravit, neque haec forma Bredovio p. 330. displicere videtur, in numero eam imperfectorum in ετοί desinentium collocanti. Utrum ὑπεδεκέστο an ὑπεδέκοντο sit praestantius, in medio videtur relinquendum, quamquam ὑπεδεκέστο nescio an magis ionice sonet. — V, 78. προθυμέστο mendose *S. V. F.*, propagatum a Schaeff. Gsf. Matth. Bhr. Neque melius προθυμέστο Wessel. all. Nam in verbis cum praepositione πρό compositis Iones augm. syllabic. cum praeposit. non contraxisse inter omnes satis constat. cf. Bredov. p. 191. p. 288. Dind. comment. p. XXI. Itaque προεθ. recte *P.* et Dind. Bkk. (1. 2.). Quare reprobandum est προθυμέστο IX, 37. (*F.*), et προύβαντε VI, 75. (sic Gsf. Matth. Bhr.), item προύβαντε, quod Bkk. (1. 2.) edidit; προέβαντε emendavit Dind. — V, 83. δηλέοντο ab Eustath. II. p. 70, 20=53, 9. citatur, quem egregie falli in promptu est, ἐδ. o. edd. et *S.* — V, 89. ἐπιτέλεον male *S. V.* Schaeff. ἐπετέλεον nullus post Gaisfordium editor respuit. — VII, 29. ἔεινισας per nefas in libr. *S.* invectum mirum est quod Schaeferus ne primo quidem obtutu detexerit. — VII, 54. παρασκευάζοντο male coniecit Gsf. (*M. P. K. F. b.* παρασκευάζετο). παρεσκευάζοντο Ald., in qua lectione recte conspirant Dind. Bkk. (1. 2.). Ceterum calamo lapsus est Bredovius p. 288., qui *M. P. K. F. b.* παρασκευάζεται suppeditare adnotavit. Illud saltem testatur Gaisfordius. — VII, 177. ἐμφαίνοντο solemini librariorum (*M. K.*) aberratione. ἐφαίνοντο *S. V. P.* Par. Ald. probaturque Gaisfordio ac reliquis edd. — VII, 209. παρασκευάζοντο temere innovavit Schaeff., ὅτι παρασκευάζοντο vulg. Non spernendum videtur παρεσκευάζοντο, quod *S.* subministrare dicitur. — VIII, 78. περιπυκλέοντο oscitantis est librarii (*F.*), περιεξ. satis fulcitur auctoritate eodd. *M. P. K.* Sic edd. (Ald. περιεκυλοῦντο, quam contractionem sermo Herodoti non patitur.) — IX, 64. ἐπιτέλεστο, quod in *S. V.* exstat, male perlatum a Schaeff. Gsf. expulerunt favente *F.* Wessel. Matth. Bhr. Dind. Bkk. (1. 2.). — IX, 117. ἐπιγίνετο epicis condonandum, non Herodoto, quod cum *K. P. F.* immerito amplexi sunt Schaeff. Gsf., ἐπεγίνετο Dind. Bkk. (1. 2.), ἐπεγένετο Matth. Bhr. (sic *S.*). — Iuvat hic addere duos locos Hippocrateos, quos persanare haud magni operis est, ut mireris talia editores fugisse. Kuehnus enim T. I. p. 27. ἀποτέ-

λεσαν et T. II. p. 122. ἔμψανσεν scripsit, quae in ἀπετέλεσαν, ἐνέψανσεν mutanda esse extra omnem dubitationem positum est. Numne alia id genus vitia apud Hippocratem legantur, viderint alii. Credo equidem non defutura; nam dialecti deformitas medicos scilicet nihil pungit. In Boeckhiano corpore inscriptionum graecarum, quatenus id raptim pervolare licuit, nihil repperi, ex quo praesidii aliquid Herodoto peteretur. Nam quae in eodem exempla augmenti syllabici omissi leguntur, ex metri ratione excusationem habent neque ad prosarium genus spectant. Quo in usu futurae sint inscriptiones Rossiana, equidem nescio; nam oculis ut eas perlustrarem, mihi non contigit.

In plusquamperfecti formis utrum augmentum ponendum an sit resecandum, lido pronuntiare non audet Lhardy p. 31. de form. contr. verb. in $\bar{\alpha}\omega$ ex. Variatur enim saepius inter utramque formam, ut et Bredovius p. 289. vix certo dici posse censeat, utri utra sit praeferenda. Verum si quis codicum vestigia pressius sequatur, non observabit nisi in formis quibusdam cum praepositione compositis augmentum neglectum esse. Cuius rei quid causae fuerit, quamvis lubrica sit res libere profiteri, videtur tamen, si quid sapio, in ionici sermonis mollitie augmentum facile excidere potuisse. Utut vero res sese habet, augmentum ubicunque librorum melioris notae auctoritate nitatur, exsulare iubere noluerim. Loci autem, qui addubitantur, sunt hi: I, 11. et I, 207. ἐγεγόνεε; vide supra. — I, 84. ἀναβέβήκεε K. F. a. c. d. e. et Gsf. Dind. Bkk. (1. 2.) all. (*ἀναβέβηκε S.*) — Cf. VII, 6. ἀναβέβήκεσαν n. var. VII, 40. παραβέβήκεε e conjectura Matth. Bhr. Dind. Bkk. (1. 2.), libri (S. V. K. P. F.) et Gsf. παραβέβηκε. — I, 77. ἐννένωτο adoptatum a Dind. Bkk. (1. 2.) codicibus ἐνένωτο, ut videtur, exhibentibus (sic Gsf. Matth. Bhr.). Forma ἐννένωτο offenditur Lhardy p. 30., qui verbum ἐννοέεσθαι Herodoto abiudicat. Idem ille statuit VII, 206. proque ἐννένωτο legi vult ἐνένωτο. Editores hos locos multifaria medicina sanare conati sunt. Ac Gaisfordius quidem cum Bhr. scripsit ἐνενῶντο (*ἐννένωντο P.* ἐννενῶντο a.), Matth. Schaeff. ἐνένωντο, Schwgh. ἐνενώντο (F. b.), ἐννένωντο Dind. Bkk. (1. 2.). Cum Dindorfio et Bekkero facere maluerim quam accedere ad Lhardyi sententiam, quum minime sit exploratum Herodotum ignorasse vocabulum ἐννοέεσθαι. Haec autem quam collaudavi scribendi ratio efflagitat, ut etiam VII, 206. διενένωντο retineatur cum Schaeff. Bhr. Matth. Dind. Bkk. (1. 2.) pro διενενῶντο (Gsf.), vel pro διενενώντο (F. b. Schwgh.), nisi forte δι ανένωντο rectius ponatur. — I, 94. δεδούλωντο Gsf. Dind. Bkk. (1. 2.) cum K. V. S. F. b. d. edd. vett. Solus Matth. ἐδεδ., quod procul dubio praeferendum est. — I, 119. κέκλετο perperam Gsf. cum F., ἐκέκ. Ald. S., non tentatum ab recentioribus edd. — I, 122. κεχώρηκε male b. d. edd. vett. Matth. Sensui verborum apprime quadrat κεχώρηκε (S. a. c.), receptum a Schaeff. Gsf. Dind. Bkk. (1. 2.), κεχώρην F. — I, 165. τετελευτήκεε n. var., quod ut in ξτετ. mutetur, suadet V, 39. ἐτετελευτήκεε n. var. — I, 180. τετείχιστο S., cui credere non debebant Gsf. Bhr. Dind. Bkk. (1. 2.), ἐτετ. Matth. — I, 181. τετείχιστο F. et

Gsf. Schwgh. Bhr. Bkk. (I. 2.); ἐτετ. vulg., quod Matth. Dind. recte receperunt. Hic quidem parum constanter, nam in loco modo citato augmentum delevit. — I, 183. οὐκόσμητο F. et Gsf. Bhr., vulgo οὐκόσμηται, quod verborum nexui optime convenit. — I, 209. παταλέλειπτο n. var., quam ob rem VIII, 88. παταλέλειπτο cum V. S. et Gsf. Schaeff. Matth. Bhr. Bkk. (I. 2.) retinendum est. Dindorfius inconstanter πατελ., nam I, 209. πατελ. dederat. Male idem VII, 70. πατελέλειπτο recepit, Gsf. Schaeff. Matth. Bhr. Bkk. (I. 2.) recte πατελ., satis amplis testimoniis firmatum (S. V. F.). — II, 52. νενόμιστο Ald. all. iamdudum mutatum in νενόμισται, quod R. M. K. S. F. Paris. exhibent. — II, 156. ἐμπεφύκεσαν vix recte F., quum loci ratio perfectum ἐμπεφύκασι postulet. Sic post Gaisfordium o. edd.; ἐμπεφύασι V. S. — III, 42. παταλελαβήκες optimi libri (K. P. F. Paris.) et o. edd. (παταλελαβήκες S.). — III, 61. παταλελοίπεις o. edd. (παταλέλοιπε S.). — III, 156. πεπόνθες vett. edd. probatum a Werfero Actt. phil. Monac. I, 2. p. 240. receptumque a Dind. Bkk. (I. 2.) verum Herodoteum esse negamus cum Lhardy p. 30. Codd. praestantissimi S. V. M. P. K. F. Paris. in augm. praefixo consentiunt. Accedit, quod III, 74. ἐπεπόνθες ad unum omnes codd. praebent. Hoc nostro in loco posuerunt Gsf. Bhr. Matth. — V, 2. ἐντετάκτο a nullo editore tentatum (ἐνετ. K. F.). — V, 34. παταδεδαπάνητο S., quem ducem securi sunt Schaeff. Gsf. Matth. Bhr. Dind. Bkk. (I. 2.). Immerito Wessel. augmentum adiecit (πατεδαπάνητο incuriose F. c.). — V, 51. ὑποδέδεκτο M. P. K. et Gsf. Bhr. Bkk. (I. 2.), ὑπεδ. F. S. all. et Matth. Dind. Illud quidem suspectant ἀπεδέδεκτο, quod ter III, 88. III, 157. (S. V. ἀπεδέκετο, d. ἀπέδεκτο). IV, 132. legitur et πατεδέδεκτο VII, 215. n. var. cf. Lhardy p. 30. de form. contr. verb. in αω ex. — V, 67. πεποίητο ex auctoritate duorum codicum a Wesselingio allatorum scripserunt Gaisf. Dind. Bkk. (I. 2.). Immerito. Nam quum F. Paris. ἐπεποίητο praebeant, tum haec forma novies (cf. Lhardy. p. 29.) sine ulla librorum discrepantia legitur. — V, 96. δέδοκτο unus F., quem obsequiosius audiverunt Gsf. Bhr. Bkk. (I. 2.), ἐδέδ. recte Matth. Dind. — VI, 51. τετίμητο, codicis b lectio iure damnata, quum vulg. τετίμηται nihil offendonis habeat. — VII, 10. ἐπιτέτραπτο P. F. Schaeff. Gsf. Dind. Bkk. (I. 2.), quod nobis quoque arridet; Matth. Bhr. auctore S. ἐπετέτρο. — VII, 74. ἐνδεδύκεσαν S. Gsf., quem exceperunt edd. recenti; ἐνεδεδ. M. P. K. — VII, 125. πεπειρέατο Dind. Bkk. (I. 2.), ἐπεπ. Gsf. Bhr. Matth. Librorum varietatem a Gaisfordio video annotatam nullam. Ceterum ἐπεπειρέατο restituendum esse nemo dubitabit. cf. Lhardy. p. 30 sq. πεπειρέατο tacite agnoscit Bredovius p. 329. — VIII, 93. παρακεκέλευστο Gsf. Matth. Bhr. Bkk. (I. 2.); παρεκεκ. Dind. faventibus S. V. Ii recte mihi fecisse videntur, qui augmentum omiserunt. — VIII, 95. παρετετάχετο n. var. Praestat forsitan scribere παρετετάχατο. Nam ἐπετετάχατο VII, 85. VII, 87., διετετάχατο I, 80., προσετετάχατο I, 192. II, 175. VII, 65. VII, 70. e codicibus satis praesidii habent. — VIII, 111. περιπατέατο S. et Schaeff. Gsf. Bhr. Matth. Bkk. (I. 2.) recte, περιπατέατο. Wessel. Dind. conf. Bredov. p. 317. p. 329. Neque IX, 90. ἐκατέατο illotis librariorum

manibus non debetur. *κατέστο* exaratum a Gsf. Schaeff. Matth. Bhr. Dind. Bkk. (1. 2.) praemunitur codd. *P. K. F. a. b. c.* Lapsus est librarius codicis *S. καθέστο* pingens. Nam in talibus nullus est apud nostrum aspiratis litteris locus. — VIII, 146. *καταπένχιτο* Schaeff. Gsf. Bhr. Matth. Dind. Bkk. (1. 2.), quam lectionem *S. V. F.* mununt; *κατεν.* Ald. Wesseling. — IX, 22. *ἐνδεδύκεε*, quod *S. V.* suppeditant, Schaeff. Gsf. Matth. Bhr. Dind. Bkk. (1. 2.); *ἐν ε δ.* edd. vett. — IX, 50. *ἀποκεκλέατο*. Gaisf. Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.). Sic libri *S. V.* Ald., *ἀπεν.* *M. P. K. F. a.*, quibus obtempavit Dindorfius. Prius mihi praestabilius videtur. — IX, 74. *δέδοκτο*, quod Gaisfordius nescio qua nisus librorum fide invexit, provulatum a Matth. Bhr. Bkk. (1. 2.), ex codd. *S. V.* restituit Dind. in *δέδοκτο*.

In formis iteratis Herodotum augmentum omisso amplissimos testes habes codices. Hoc de formarom genere quum Dindorfius comment. p. XXIV. Lhardy p. 10. de augm. temp. p. 28. de form. contr. verb. in *αω* ex. Bredov. p. 285 sq. plurima docte disputaverint, perpaucia monuisse satis habeo. Etenim libri VII, 5. fluctuant *ποιέσκετο* inter et *ποιέσκετο*. Illud quidem nititur exemplis librorum *b. c. d.*, hoc ex codd. *M. P. K. F.* fluxit. Pari modo VII, 119. dissident inter se codices; nam *F. ποιέσκετο*, alii *ποιέσκετο* suppeditant. Utroque loco Bkk. (1. 2.) alterum ε exturbavit. Dindorfius, qui *ποιέσκετο* corruptum esse autumat, id VII, 119. non delevit. Iam vero quum I, 36. *ποιέσκον*, IV, 78. *ποιέσκε* omnium librorum consensu stabiliatur, cum Bredovio alterum ε male extusum fac restituas. Amanuensium illitteratorum procul dubio est *ἀπαιρεσκον* I, 186. (*M. K. F. a. c.*), quod Dind. Bkk. (1. 2.) scripserunt, *ἀπαιρεσκον* Wessel. Bhr. Matth. Gsf. Molestam hanc vocem resecari iusserim et, si quid ponderis constans ille Herodotei verbi *ἀείω* (*ἐπαείω*, *ἔξαείω*) usus habeat, reponi *ἀπαιρεσκον*, cui formae faventem video Bredovium p. 193. coll. Lobeck. *Ῥηματικ.* p. 138. Ante Dindorfium *ῆχεσκε* IV, 200. (non IV, 130., quod ex errore, ut videtur, typographico ortum legitur apud Bredov. p. 286.) locum haud bene obtinuerat, nam *ῆχεσκε* scribendum videtur. cf. Bredov. p. 286. Nihil novi attulit Kruegerus (*Gr. Spr. II, 1.* p. 83. n. 2.). Omnium primus Bkk. (1. 2.) *ἐσπέμπεσκον* I, 100. corredit pro vitioso *ἐσπέμπεσκον*, quem iure secutus est Dindorfius. *ἄρδεσκε* autem II, 13. (apud Bredov. II, 3. male scriptum) et III, 117. praemunitum codd. *M. K. P. al.* contra aliorum librorum lectionem *ἄρδεσκε* defendantum videtur, cuius ut sinceri et integri patrocinium video a critico suscipi nullo.

Dicere solitum nostrum ex more veteris Atticismi (vide quos laudavit Bredovius p. 287., quibus addas Walz. rhett. Gr. Vol. II. p. 365. Krueger. *Gr. Spr. I.* p. 98. n. 4.) *ἐκτηματι*, *ἐκτῆσθαι*, et quae inde descendant aliae formae, pro certo habet Bredovius p. 287. rescribique vult II, 173. *ἐκτημένος*, II, 174. *ἐκτημένοις*, VII, 27. *ἐκτημένος*, VII, 29. *ἐκτησο* vel inquis libris. Nihil in his prius mutare audet Lhardy p. 32. de form. contr., quam aliquid certi e codicibus traditum fuerit. Evidem Bredovium arbitror vere sensisse, nam his quattuor locis ο per fraudem praeфиксū fuisse alia multa

exempla, quae extra controversiam posita sunt, satis opinor argount. Utrum Hippocratea *κεκτημένον* T. I. p. 17. K. *κεκτηγνται* I. p. 82. *κεκτημένοι* et *κεκτημένοισιν* I. p. 562, *κεκτημένους* I. p. 563. *κεκτημένοισιν* I. p. 569. *κεκτημένον* I. p. 613. *κεκτησθαι* T. II. p. 290, alia pro exploratis venditari possint an in alteram partem corrigenda videantur, in pessima librorum Hippocrateorum condicione praedicare non sustineo. — Assentiendum est Lhardy p. 31. de form. contr. et Bredovio p. 289 sq. (Dindorfius raptim rem attigit s. v. δύνασθαι), verba δύνασθαι, βούλεσθαι et μέλλειν syllabico tantum augmēto apud Herodotum instruenda esse. Ac libris quidem omnibus consentientibus ἐβούλετο, ἐβούλοντο, ἐβούλεσθαι scribitur. "Ἡμελλε VIII, 86. e solo cod. S. enotatur, quod iam dudum suum vidit correctorem. Mendose Matth. I, 10. ἡδύνατο, praecedente Gaisfordio, quem ducem ille male secutus est, IV, 110. ἡδυνέατο. IV, 185. ἡδυνέατο. IX, 70. ἡδυνέατο. Nihilominus Matth. IX, 103. ἐδυνέατο vel contra fidem librorum S. V. et VII, 106. ἐδυνάσθησαν (ἡδ. S.) recepit, recte quidem, sed citra veniam cauti editoris. Dind. et Bkk. (1. 2.) ubique in scriptura ἐδ. consentiunt. Intelligentes indices mecum facturos spero apud Hippocratem corrigente ἐβούλήθησαν T. I. p. 9. K. ἡδύνατο I. p. 30. p. 31. p. 426. p. 433. p. 572. all. Nam ἐδυνήθησαν T. I. p. 626., ἐδύνατο p. 160. al. *vetus est et contestata scriptura.*

CAPUT II.

DE AUGMENTO TEMPORALI.

Omnium accuratissime de hoc Lhardy quaest. de dial. Herod. cap. pr. 1844. et Bredovius p. 290 — 319. disseruerunt, suo uterque usus iudicio et proprietate disputandi. Lhardy enim sollers homo hisque litteris optime tinctus hanc rem pro virili parte iam enucleaverat, antequam Bredovius quaestiones suas in lucem emitteret. At qui hic Lhardyi quaestionum nullam rationem habuit sive dissimulator laudis alienae seu quod nesciret haec studia praeoccupata. Itaque Bredovio spatia laboris satis ampla emetienda erant, quae ante eum percurrisse videmus Lhardy. Per omnes autem uterque numeros rem diduxit, quamquam Lhardy simplicius ideoque magis dilucide praecepta sua tradidit, Bredovius disponendi rationi minus bene prospexit, ut in toto huius doctrinae tractatu primum a principio ad finem non semper habiturus sis cursum. Dindorfiana quidem commentatio parum curae fatetur, singulis generatim perpensis ac primis tantum lineis adumbratis, ut quae illorum virtus, hoc eius sit vitium. Voluit sanequam vir doctissimus, id quod praefando ipse confessus est, a copiosiori doctrinae apparatu abstinere, istam oneris molestiam aliis transferens. Summittat modo fasces Ahrensi; attamen hanc illam confessionem apprehensurus is est optimo iure, qui, quo pacto Dindorfius codicum auctoritatem soleat eludere, cognitum habeat. Nam in hac operis parte laqueos errorum sagaciter declinasse ratus aliis controversiarum laqueis haud semel se ipse irretivit. Quid quod permultos locos in commentatione probabi-

liter limavit, ast bene auspicatis successum et usum denegavit. Ut breviter dicam, quod sentio, scripturae maculas vel plurimas bene indagatas in textu reliquit, vel, quod non minus est inconstantiae vituperium, alias sustulit, alias eiusdem generis propagavit, ut quam properanter totum hoc opus effusum sit, pluribus exponere vix necesse sit. Lhardyi denique vestigia cummaxime legit Bekkerus in editione Herodoti altera. Nam nihil hic antiquius habuit quam ut ad ea, quae de augm. temp. Lhardy in medium protulerat, sermonem Herodoteum resfingeret, bono animo accipiens, quicquid frugis Herodoto ab eodem impertitum esset. Neque insipiente Bekkerus. Nam aptissimo tamquam praecursore uti licuit, a quo totius huius doctrinae auspicia facile caperentur. Bekkerum in iis partibus, ubi agitur res et potestas sermonis Herodotei, maximam partem secutus est Kruegerus *Gr. Spr.* II, 1. vide nos supra. Verum quae de augm. tempor. apud hunc leguntur, exspectationem nostram non aequarunt nec potuerunt, quem Gaisfordii aliorum commentarios vix accurate inspexisse Kruegerum multa sunt quae arguant. Veruntamen ne hic quidem est, qui nil plane novae dotis contulerit. Gaisfordium autem quod attinet, haud semel meliores lectiones postliminio reduxit, multa autem vitiouse scripta reliquit, quae suos quodque correctores desiderarunt. Iam ne iusto plus exspatiari videamus, redeamus ad id, unde tractus est sermo. Ac docet quidem Lhardy p. 4. coll. p. 19. augmentum temporale negligi in verbo ἐθελοκα-
κεῖν. Dindorfius ad opinatam verbi ἐθέλειν similitudinem (cf. Lhardy p. 18 sq.) male verbo ἐθελοκακεῖν augmentum vindicavit, et dum VII, 164. ἐθέλησε scribit, VII, 107. 168. VIII, 80. augmentum adiecit. Peccavit idem contra librorum auctoritatem IX, 10. ἡμανδρόθη scribens. Nam verbum ἀμανδοῦν aequa atque ἐθελοκακεῖν quum a vulgari usu recedat Ionibus vel maxime proprium, augmentum tempor. tolerare nequit. cf. Bredov. p. 291. Lhardy p. 4. p. 34. Abiudicandum porro verbo δοτάξειν, quod idem poetici saporis est, augm. tempor. Itaque ὠρταξον IX, 7. male scripsit Dindorfius cum aliis. cf. Bredov. p. 121. p. 306. Lhardy p. 4. p. 26. De πατόνοτο II, 172. Bredovius sic disputat p. 307: „Aldus aliquie II, 172. πατόνοτο augmento temporali scriptum exhibent, alii autem recentiores cum codd. S. V. (sic Bkk. 1.) πατόνοτο, quod fortasse nonnullis rectius videatur, quum Ionibus tantum hoc verbum ὄνοματι proprium fuisse dicatur, neque ex Homeri usu, qui quidem nunquam augmentum hu-
ius verbi omisit, Herodotea oratio recte iudicari possit. Etiam hic solus est locus, in quo indicativus praeteriti alicuius temporis apud nostrum invenitur, quo magis hac de controversia dirimenda nobis desperandum esse videatur. Sed tali in causa, qualis haec est, ii mihi quidem tutius ire videntur, qui augmentum recipiunt, quum nimiam interdum grammaticos ac librarios quosdam operam in eo collocasse notum sit, ut quaque ratione magis Ionicam redderent Herodoteam orationem.” Huius in senten-
tiam transeundum videtur. πατόνοτο Dind. Bkk. (2.) scripserunt. Contra Lhardy p. 4., quum hoc verbum in vulgari Atticorum lingua non reperiatur, augmentum omitti iubet. Sed idem ἀπόνητο I, 168., ubi Bkk. (1.) ἀπόνητο exhibuit, recte tuetur p. 25.

cum Bredovio p. 307. *ἀπάνητο* Wessel. Schaeff. Bhr. Matth. Dind. Bkk. (2.). Augmenti necessitatem iure abiudicavit Dindorfius verbo *ἀμείβεσθαι* IV, 97. *ἀμείψατο* corrigens, quod olim Bkk. cum reliquis editoribus immerito in *ἡμείψατο* mutaverat. cf. Lhardy p. 4. p. 34. Bredov. p. 291. — Commonstrat Lhardy p. 5. discrimen intercedere inter verba *ἀρτᾶσθαι* et *ἀρτέεσθαι*, ita quidem, ut prius passiva tantum vel media forma apud Herodotum legatur, sensu pendere, hoc nusquam nisi forma media reperiatur valeatque: *sese parare*, *se accingere*, idem fere quod *καταρτίζεσθαι* IX, 66. Ac priori quidem verbo formas annumerat hasce: p. 36 sq. *ἡρτημένας* V, 31. *ἡρτητο* III, 19. IX, 68. *ἀρτήται* I, 125. *ἡρτηται* VI, 109. (sic *F. a. b. c.* edd. vett., quos audiendos esse ducit). *ἀρτηται* VI, 109. profectum a Wesselingio receperunt Bhr. Matth. Bkk. (1.) Dind. *ἡρτηται*, quod Bredovius quoque p. 292. retinendum censuit, auctore Lhardyo posuit Bekkerus (2.). *ἡρτηται* autem Bredovius restitui iubet, quum Ionica terminatio ad augmentum omittendum nil valeat, cuius quidem contrariam in sententiam discessit Lhardy. Formam *κατηρημένον* III, 80., quam librorum consensu ab omni mendae suspicione arceri dicit Bredovius p. 292., oppugnat Lhardy p. 5. In ea mendi quid latere Henricus iam Stephanus suspicatus est, qui ut corruptioni medetur, coniecit *κατηρημένον*. Valckenarius quoque aut *κατηρημένον* aut *κατηρημένον* scribi voluit. Illud quidem receptum video a Dindorfio neque habeo quod recte contradicam. Nam quibus machinis illud *κατηρημένον* iure sustentetur, equidem non assequor. — Alterius autem verbi *ἀρτέεσθαι* formae dicuntur a Lhardyo hae: *ἀρτέετο* VIII, 97. *παραρτέετο* VII, 20. *ἀρτέοντο* V, 120. *παραρτέοντο* VIII, 76. 108. *ἀναρτηται* VII, 8. *ἀναρτημένον* I, 90. *ἀναρτημένον* VI, 88. *παραρτητο* IX, 29., quibus ille omnibus augmenti ius denegavit. Editores has praeter *παράρτητο* formas dederunt, nisi quod Bkk. (2.) Lhardyo suadente id praetulit. Nihil offensionis etiam Bredovius in *παράρτητο* repperit. Iure tamen a librorum fide recessisse Lhardy ceterorum locorum analogia extra dubitationem posuit. — Quae de *ἔσσοῦσθαι*, *ἐλινύειν*, *ἔτε-*
γοιοῦν, *ἔσθημένον*, *ἀργυρεῖν* a Bredovio p. 293. p. 298. disputata sunt, ea plausum ferent omnium, qui Herodoteae orationis non ignari sunt. Hoc enim unum agitur (neque fugit Lhardy et Dindorfium), ut augmentum horum verborum, ubicunque obveniat, deleri oporteat. — Negligi augmentum ab Herodoto in formis, quae ionice flectuntur, addi in vulgaribus copiose exposuit Lhardy p. 5 sqq. Ac primum quidem in censuram vocat formas verbi *ὅμεσθαι* p. 5 sq. p. 26. Negat igitur *ώμεαται*, *ώμεατο* ferri posse. Bekkerus olim in his parum sibi constitut, erroris autem convictus a Lhardyo inconstantiae isti bono animo valedixit, *ὅμεαται*, *ώμεατο* ubique revocatis. Ceteri quoque editores praeter Dindorfium, qui *ώμεατο* ubique retinuit, parum attenderunt ad scripturae conformatiōnēm. *ώμεαται*, *ώμεατο* probatur Bredovio p. 308 sq.; *ὅμεον* autem IX, 114., quod *S. V.* praebeant, proscribendum et *ώμεον* e plurimis libris recipiendum est. Sic Matth. Bhr. Dind. Non dispicio, quomodo Bkk. (2.), quum VII, 21. VII, 188. *ώμεον* recte dederit, IX, 114. *ώμεον* scribere potuerit. Unus restat locus, cuius scriptura editores adhuc vexavit. Legitur

enim vulgo VII, 209. δομῶμεν, sic tacente Gaisfordio, quem haud cunctanter secuti sunt Matth. Bhr. Bkk. (1.). Coniecit Dindorfius ὠρμέομεν, correxit Bkk. (2.) ὠρμῶμεν, cuius lectionis ansam dederat Lhardy p. 26., qui monuit haec: „nisi praesens esse statuas, augmentum restituendum erit,” coll. de form. contr. p. 13. Annotavit idem vir doctissimus p. 26. de augm.: „δομέωντο VII, 88. S. ὠρμῶντο. Cum utraque scriptura vera esse possit, haud facile est decernere, utram praeferas,” coll. de form. contr. p. 20. Itaque cavit Bekkerus (2.), ne quid mutaret. Dindorfius autem, qui formam εωντο sublestioris fidei esse censem, ὠρμέοντο fluxit. — ὄσφραντο I, 80. (sic R. a.) defendit Lhardy p. 7., quod recepisse video Dindorfium et Bekkerum (1. 2.). In vulgata ὄσφραντο, cuius patrocinium vix recte suscepit Bredov. p. 306., licet auctoritate codd. M. K. F. S. b. d. e. nitatur, ceteri editores conspirant. — προεσάξαντο I, 190. et προεσάξαντο VIII, 20., quas formas a προεσάγειν, προεσάγειν descendere recte, opinor, dixit Lhardy, a προεσάσειν, προεσάσειν, cuius simplex haud infrequenter usurpavit Hippocrates, deduxit Bredov. p. 351 sq. Quod splendidius eum quam verius exegitasse persuasum habeo. Nam προεσάξαντο et προεσάξαντο, ita ut ex προεσάγειν, προεσάγειν orta sumas, loci sensui apprime convenient. Apud Herodotum quidem non nisi σάσσειν et παρεσάσσειν legitur. cf. Schwghs. lexic. Herodot. s. vv. Perperam olim Portus ad σάσσειν rettulerat id quod V, 34. legitur τὸ τεῖχος ἐσάξαντο. Ceterum in omnibus, quae hoc faciunt, formis verbi ἄγειν his et iteratis exceptis augmentum recipiendum esse Lhardy p. 30 sqq. Bredov. p. 292 sq. affatim docuerunt. Olim Bekkerus quattuordecim locis, vide Lhardy. I. c., augmentum neglexerat, nunc Lhardyi iudicio cedens reduxit. Inconstanter, ut assolet, Dindorfius ἡγον, ἡγε, ἡγαγε, ἡγοντο et ἡγον exaravit. Hoc saltem apud eum I, 70. scriptum repperi. Restitendum videtur etiam ἡχθη V, 13. VI, 30., codicibus quamquam non addicentibus, qui ἡχθη exhibit. Bkk. (1.) VI, 30. ἀνάχθη, unde hoc ille petierit, neque Lhardy scit neque ego assequor, nam ἡχθη in libris sine var. lect. legitur. ἀνάχθη etiam Dindorfius scripturae librorum securus edidit; Matth. Bhr. in vulgata ἡχθη consentiunt. ἡχθη correxit solus Bkk. (2.). ἡχθη corruptum esse vidit etiam Bredovius p. 293., qui simul ἀνήχθη probat. His de formis Lhardy arbitratur haud facile certi quid dici posse, quum aoristus passivus ter tantum legatur, semel cum augmento, bis sine augmentatione, libris utique inter se consentientibus. Mihi quidem aliter videtur; nam quum II, 169. ἀπίχθη sine scripturae varietate legatur neque iusta sit causa V, 13. VI, 30. augmenti omittendi, non est cur his duobus in locis librorum auctoritati tam anxie adhaereamus. — προηδέατο I, 61. suspectum esse monent Lhardy p. 7. Bredov. p. 310. scribique volunt προαιδέατο. Assentior. Non debebat Bekkerus (2.) illud προαιδέατο respuere, cuius rationem a Lhardy viderat bene expositam. Male item Dindorfius προηδέατο posuit. — De verbi δοῦν augmento quid recte statuendum videatur, a criticis nondum ad liquidum perductum est. Ac Lhardy quidem omnibus locis, ubi imperfectum reperitur, accurate adscriptis in hunc modum disputat p. 8 sq.: „Et

primum quidem plane abiiciendum est augmentum atticum, quod duobus locis legitur: ἔορῶμεν I, 120., quam formam nec Attico nec ulli Graeciae populo notam fuisse censem, quaeque cur a Bekkero potius recepta sit, quam ἔωρῶμεν, quod omnes codd. uno F. excepto, praebere videntur, euidem me non intelligere fateor, et ἔώρεον V, 91.; et priore quidem loco levi mutatione ἐνωρῶμεν; altero ὥρων scribendum, quam emendationem non temerariam dicet, qui formam a Bekkero receptam duos tantum codd. praebere, verbum a cod. S. omissum esse, et F. ἐσώρεων, ut solet, pro ἐσώρων habere reputaverit. Idem iudico de composito ἐνορᾶν, et pro ἐνεώρα legendum esse ἐνώρα; id comprobant formae ἐπώρα, κατώρα et omnino omnes compositorum formae, in quibus nullum augmenti attici reperias vestigium. Nec minus forma ὥρα repudianda est, quae tribus locis a Bekkero recepta est, cum a paucis tantum codd. nec iis quidem optimae notae praebatur, aliis contra locis mss. in forma ὥρα sine discrepancia consentiant. Eodem modo iudicandum est de forma ὥρεον, quae semel prima persona et sexies tertia plur. legitur, quaeque in ὥρων mutanda est, cum hanc S. omnibus his locis et F. plerisque habeat, nisi quod F. interdum ὥρεων praebet. Quomodo forma ὥρέομεν corrigenda sit, mox demonstrabitur. Relicuum est, ut de formis ὥρεον II, 106. et 150., et ὥρέομεν II, 148. bis dicam. Formam ὥρεον, quam priore loco praestantissimus codex S. exhibet, et probat Koen. ad Greg. Cor., nequam mutare audeam camque genuinam esse puto; quod etiam de tribus aliis locis statuendum esse iudico, nisi quod propter varietatem lectionum etiam ὥρῶμεν verum esse possit. Formae igitur huius imperfecti hae sunt: sing. prim. ὥρων sive ὥρεον; secunda non legitur; tertia ὥρα; plur. prima ὥρῶμεν sive ὥρέομεν; secunda ὥρᾶτε; tertia ὥρων, quae et ὥρεον esse possit." Ab hac vero persuasione paululum recedit Lhardy p. 14. de form. contr. et ὥρεον atque ὥρέομεν adulterinas formas esse putat quaeque de iis p. 9. de augm. scripsit, retractari vult. Contra Bredovius p. 313. varietate scripturae annotata sic disserit: „Quibus omnibus in locis quum tempus imperfectum tantum locum habere constet, nec quisquam id sine augmentatione apud Herodotum scribi posse facile persuadeat, ubique formas ὥρεον, ὥρέομεν, ὥρα, ὥρᾶτε ex illorum analogia, priore in loco positionum, praferendas esse manifestum esse videtur, praesertim quum iam unus aut alter liber, interdum etiam plures, genuinam servaverint scripturam, atque alii, qui aliam habent formam, aut vulgarem, nobis iam damnatam, praebuerint, aut eam, quae et ipsa, quamquam vitiosa, declarat ὥρεον, ὥρα etc. hic olim lectum, sed non intellectum esse. Sed restant tamen pauci quidam loci, ubi omnes libri in vitiosam quandam scripturam perperam concordasse videntur: I, 123. ἐνεώρα et III, 53. — I, 120. ἐωρῶμεν plurimae editiones, ἔορῶμεν (!!) Bekk. cum F., ὥρέομεν Schaeff. V, 91. ἐώρεον edd., ἐσώρεων F. — Sed quis, quaeso, quin haec statim in Herodotea ἐνώρα, ὥρέομεν, ὥρεον mutanda sint, nunc dubitabit, quum nihil ineptius cogitari possit, quam ipso ab Herodoto statuere mox Ionicam, mox Atticam, mox aliam quandam positam esse formam?" Eadem est Dindorfii sententia,

